


Evangelium

Dominus vobiscum. *R.* Et cum spí-ritu tu-o. *V.* Sequénti-a Sancti




Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. *R.* Glóri-a tibi Dómine.


In illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is: Atténdi-te a falsis pro-




phé-tis, qui véni-unt ad vos in vestiméntis óvi-um, intrínsecus autem sunt




lupi rapáces: a frúctibus e-órum cognoscé-tis e-os. Numquid cólligunt de




spinis uvas, aut de tríbu-lis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos fa-




cit: ma-la autem arbor malos fructus fa-cit. Non potest arbor bona malos



fructus fácere: neque arbor ma-la bonos fructus fácere. Omnis arbor,




quæ non facit fructum bonum, excidétur, et in ignem mitté-tur. Igitur ex



frúctibus e-órum cognoscé-tis e-os. Non omnis, qui di-cit mihi, Dómine,



Dómine, intrábit in regnum cælórum: sed qui facit voluntátem Patris



me-i, qui in cælis est, ipse intrábit in regnum cælórum.